



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Manseense monasterium, vulgò Mansee, in Austria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

Gundolfi villa in Dei nomine feliciter, Amen.

*Fabarium, in D. Churiensi Germanicè Pfef-
fers.*

734.

FVndatum id legitur suasu S. Pirminij E-
piscopi Meldensis, & Abbatis primi in
Augia diuite, sumptibus *Caroli Martelli*, sub
Theoderico II. Galliarum Rege, eodemque
Alemanniæ, Rhetiæ, & Heluetiæ Domino
anno Christi 734. Primus Abbas Fabariensis
fuit dictus S. *Pirminius*, multorum cœnobi-
orum pater atque instaurator. Sunt autem
thermæ Fabarienses apud Germanos nobilif-
simæ utpote saluberrimæ. Ita ferè *Bruchius*
libro citato.

*Manseense monasterium, vulgò Mansee, in
Austria.*

739.

Monasterium hoc *Vtilo Dux*, instinctu
S. Pirminij, Episcopi Metensis, prope
Menen lacum Noricorum construxit, circa
annum 739. *Auentinus* in *Annalibus*: *Man-
see Noricorum adem, ab Episcopis Ratisbonen-
sibus in paupertatem redactam, D. Benedicti
imposito magistro reddit Imperator Henricus
sanctus. Idem Auentinus; Baturicus Episco-
pus Ratisbonensis hoc monasterium ab Hemma
Regina Boiorum impetrarat an. 831. Ipsa ab eo-
dē superius monasterium Ratisbonense receperat.*

Inser.

Infertum est autem hoc monasterium ceteris Bauaricis, quòd à Principibus Bauariæ sit institutum: Et quia olim vnà cum eiusdem monasterij aduocata, castro ac dominio *VVildeneck* sub quo situm est, spectabat ad principes inferioris Bauariæ; quæ post bellum Bauaricum Cæsari Maximiliano I. cum multis alijs Dominijs nomine expēsarum factarum, ab Alberto Duce Bauariæ data sunt, incorporata Austriæ super Anassum, Archiepiscopis Salisburgensibus pluribus annis oppignorata, demum à Statibus prouincialibus super Anassum redempta, hodie Austriacos agnoscunt suos dominos. Sic Hundius in Metropli sua Salisburgensi,

Burense monasterium, vulgò Beurn, prope Alpes, in diœcesi Erisingensi.

Nobiles ac pij viri, *Landfridus, VValdramus, Elilandus*, fratres, Comites ab Antorf & Loyfa dicti, filij Theodeberti ducis tertij, ex familia primorum Ducum & Regum Bauariæ, anno 740. (quo tempore *S. Bonifacius*, Moguntinensis Archiepiscopus, in Francia Orientali, Frisia, Austrasia & Bauaria fidem Christi seminabat, & plura Monasteria vbique construebantur) octo Monasteria prope Alpes & Lycum ædificarunt & fundarunt, quinq; pro maribus, nempe *Beurn, Schlechdorf, Sinerstat, Sandau, VVessenprum*, tria pro virginibus, *Polliug,*
Staf-

740.